



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Agenda, Sev Ritvale Osnabrvdense**

**Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>**

**Coloniæ Agrippinæ**

Benedictio Tabernaculi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41233**

*Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

**D**Eprecamur, Domine, clementiam pietatis tuæ, ut aquam putei hujus, cælesti benedictione ✠ sanctifices, & ad communem vitam, concedas salubrem; & ita ex eo fugare digneris omnem diabolicæ tentationis incursum, ut, quicumque ex eo abhinc hauserit biberitve, vel in quibuslibet necessariis usibus haustâ aquâ usus fuerit, totius virtutis ac sanitatis dulcedine perfruatur; ut tibi semper sanctificatori, omnium Domino, gratias agere mereatur. Per Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

*Demum aspergit puteum aquâ benedictâ.*

*Benedictio Tabernaculi pro conservanda  
sacra Eucharistia.*

*Vers.* Deus in adjutorium &c. Gloria Patri &c.

*Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

**O**Mnipotens sempiterne Deus, majestatem tuam supplices deprecamur; ut vasculum hoc, pro corpore Filii tui, Domini nostri

nostri Iesu Christi, in eo condendo fabricatum, benedictionis tuæ gratia dicare digneris. Per eundem Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

*Deinde aspergit illud aquâ benedictâ.*

*Benedictio Umbellæ Altaris.*

*Vers.* Deus in adiutorium *Ec.* *Resp.* Domine ad adjuvandum *Ec.* Gloria Patri *Ec.*

Oremus.

**O**Mnipotens sempiterne Deus, qui fideli famulo tuo Moyfi præcepisti, ut duos Cherubim super Arcam Testamenti collocaret, quam extensis ad alterutrum alis protegerent: quæsumus ineffabilem clementiam tuam, ut hoc tegumen venerandi Altaris tui, ad honorificentiam nominis tui compactum, placidus ac misericors illustratione vultus tui bene ✠ dicere & sancti ✠ ficare digneris. Per Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

*Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo. *ut in Rubricis generalibus.*

*Benedictio Vasculi aut Capsæ sacrarum Reliquiarum.*

*Vers.* Deus in adiutorium *Ec.* *Resp.* Domine ad adjuvandum. Gloria Patri *Ec.*

*Vers.* Do-